

M. Hartleum

SELECTARUM
DE
Lingua Latina
Observationum
Libri Duo.

Prior

Inscribitur Latine loquendi *Norma*; h. e.
aurei Latinitatis seculi *Locutio*.

Posterior

Barbare, vitioseve loquendi Consuetudinem
investigat, patescit, emendat.

Uterque

In usum juventutis, incorruptae Latini ser-
monis integritatis studiosae, confectus.

Ductu, & cura *JOANNIS KER.*

Solum, & quasi fundamentum Oratoris, Locutio emendata, & Latina. Cic. de Cl. Or. c. lxxiv.

LONDINI,

Apud *Joannem Hartleum*, Bibliopolam, è
regione Divi Dunstani, in vico, *Fleet-street*.

MDCCIX.

John

*Principia Britannicae
annis Regnorum
etiam regum
etiam regum
anno Dno.
Jany Jule*

**ANNAE
BRITANNIARUM
REGINAE**

*Diadema sub coelo diuturnum, in coelo Sem-
piternum optat, & auguratur*

JOANNES KER.

QUO die ANNAM PRINCIPEM in altissimo Imperii gradu collocavit consecravitq; omnium Magnae Britanniae Ordinum conspiratio atq; consensus, diuturnae laetitiae Argumentum non tuis solum, ANNA REGINA Britannis, sed cunctis Bona qui sua intelligunt Europae populis, idem attulit dies: moestitiae nemini, nisi, qui tanquam pestilenti sydere

fydere afflatus servitutem, malorum omnium
censente M. Tullio postremum, dulcissimo
praetulerit Bono Libertatis. Cujus appetitio,
humano generi innata, Britannorum tuorum
animis ita insedit, ut vitam citius cum morte,
quam hanc cum illa commutaverint. Eodem
die Haereditatem crevisti Trina opulentissima
& florentissima Regna ; nascendi forte, id est
Divino humanoq; jure tua : Sceptrum acce-
psti, vetustate antiquissimum, generis splen-
dore, rerumq; gestarum amplitudine, nulli se-
cundum. Fuerint haec Regni tui Auspicia,
non praeclara modo, sed Mulae partu rariora ;
censeanturq;, ut dignitatis, ita mortalis natu-
rae felicitatis Apex : cum tamen extra homi-
nem posita, foris ipsi accedant ; nec bonis mo-
do Principibus, sed pessimis etiam obvenisse
Sacra prodant & Gentium Monumenta : ne in
propriis quidem tuis, nedum praecipuis ea Bo-
nis censere ausim. Propria quae sunt tua, nec
Arabum Gazis comparare posses ; nec humana
potentia dare, nec humana vis, aut astus eri-
pere potest. *Inimici mei, inquit M. Tullius, mea
mibi, non meipsum ademerunt. Mea* ; fortuita,
cadulca Bona, mortalia, mobilia : *Me ipsum* ;
meas virtutes ; quae propria Tullii Bona,
non